vidit groſſum bufone ſuper faciem pris comede-
tem lingua eius. Et diu prudenter in ſe rediens.
exclamauit cora militibus. O falſa mundi gla.
ſubleuiſti pri no ſubleuades filio. Ubi ſunt pater
diuicie et delicie quas habuiſti. Ubi ſunt groſſi
morſelli precioſorum ciborum. Modo a bufone
turpiter comederis et vermes te deuorant ſicut
deuoraſti pauperes. Et relictis oibus intrauit re-
ligionem. Ex quibus verbis predicti ducis
Burgundie ſecundu Ceſarium patet. quod pauci
principes et nobiles ſunt hodie. qui impleant dies
ſuos. et ad ſenilem etatem perueniant. quia pau-
peres depdantur. per ſe. et per ſuos. et idcirco eorum
lacrimis ſuffocantur. Unde pſalmiſta. Viri
ſanguinu et doloſi no dimidiabunt dies ſuos. Unde
infra terminum conſtitutu deficiunt.

Generales meditationes de extremo iudicio. quibus homo ſibi pt incutere timore

Deinde oculu mentalem verte ad extremum
iudiciu. ut ex eius memoria amariſſima
tibi amareſcant omnia dulcia. Cogita itaque quantus
timor. quantus clamor. quantaque fiet ammiratio. cum tuba
archangelica ſonuerit. cu fulgura terribiliter ſplen-
deſcent. tonitrua mugient. Cu ad terrendu peccatores.
ſol obſcurabitur. et luna no dabit lumen ſuum. Cogita
quid cordis tunc habebit peccator. Cogita qualiter tunc
omnes mortui reſurgent. tractantes unuſquiſque
ſecum quid boni egerit vel mali. Et boni quidem cu
ineffabili leticia expectabunt iudiciu. Iniuſti indicibili
terrore timebunt de aduentu. et facie iudicis dicentes.
Montes cadite ſuper nos. et colles operite nos a facie iudicis.

Tempus enim abijt et receſſit · non eſt quo eant · et emant
oleum meritorum · Procedere deinde et ſpeculando attende ·
et vide iudicem venientem cum poteſtate magna cum ſenioribus
populi · comitantibus innumeris angelis et ſanctis ·
Deinde revolue amarum illud diuortium · cum ſepa-
rabuntur oues ab hedis · Et nunc quod ſunt duo in do-
mo una · duo in mola una · ſed tunc unus aſſume-
tur · et alter relinquetur · nunquam amodo iungendi ·
Transforma in te affectum eorum · qui a ſiniſ-
tris ſunt · quomodo lamentantur dicentes · Ecce hij
ſunt quos aliquando habuimus in deriſum · quantus erit
dolor · quantus luctus · Deinde aſſume affectum eorum
qui a dextris ſunt · quanto repleti ſunt gaudio · qui pro
tam modicis laboribus · eterna premia meruerunt ·
Cogita quod diſtricte fiet ibi examinatio operum · locuti-
onum · meditationum ſeu cogitationum · et malarum affecti-
onum · Omnia ibi nuda erunt et aperta · etiam que
fuerunt hic palliata · Nam iheruſalem ſcrutabitur ibi
in lucernis · et inuenientur nonnulli babilonij · qui
tunc putabantur fore iheruſalem · Teſtis erit ibi dyabolus ·
qui oſtendet nobis peccatum quod commiſimus · tempus ·
et locum · quando et ubi peccauimus · et dicet · Equiſſime iudex
iudica hunc eſſe meum ob culpam · qui tuus eſſe
noluit propter ſuperbiam · Accuſabit propria
conſciencia · ſed et ſancti angeli accuſabunt · Ibi xpus
inſignia paſſionis ſue oſtendet · et malis beneficia
incarnationis improperabit · eo quod ea contempſerunt ·
et ingrati fuerunt · Deinde proferet iudex ſenten-
tiam diffinitiuam · a qua nullus appellare ·
nullus contradicere · nullus ſubterfugere · nullus
ſe defendere valebit · Cogita quid amaritudinis ·

quid doloris quid horroris cõtineat ſententia illa· Ite
maledicti in ignẽ eternũ· qui pparatus eſt diabolo et
angelis eius· Cogita quid dulcedinis· quid admira-
tionis et gaudij habeat vox illa· Venite benedicti prīs mei·
Interdum etiā cogita de particulari tuo iudicio· et
forma meditationes ex premiſſis ſuo modo·

De quīdecim añ diem iudicij·

Beatus Jheronimus in analibus hebreorum·
inuenit xv ſigna dierum· añ diem iudicij
Sed vtrũ cõtinui futuri ſunt dies illi· an interpolati·
non expreſſit· Prima die eriget ſe mare q̄draginta
cubitis· ſuper altitudinẽ montiũ· ſtans in loco ſuo
quaſi murus· Secunda die mare tantũ decreſcet
et deſcendet vt vix videri poſſit· Tercia die· belue ma-
rine apparentes· ſup̄ mare· dabunt rugitus vſq̄
ad celum· Quarta die ardebunt mare et aque·
Quinta die arbores et herbe dabunt rore ſanguineũ
Sexta die· ruent edificia· Septima die· petre ad-
inuicem collidentur Octaua die fiet gn̄alis terremotꝰ
Nona die equabitur terra· Decima die exibunt
homines de cauernis· et ibunt velut amentes·
et nõ poterunt mutuo loqui Vndecima· ſurgent oſſa
mortuorũ et ſta[bunt] ſuper ſepulchra Duodecima die
cadent ſtelle de celo· Terciadecima· morientur hões
viuentes· et cũ mortuis reſurgent· Quartadecima· ardebũt
celum et terra· ſcz ſuperficies terre et aeris Quintadecima·
fiet celum nouũ et terra noua· et reſurgent omnes·

Quomodo extremũ iudiciũ ex oĩ ſui p̄te erit terribile· et q̄lr e iud

Hoc namq̄ iudiciũ erit horribile ex hébunt hij q
omni parte· Sup̄ erit iudex iratus· ſubtus pſi
patens infernus· intus conſcia remordens·

ex̄ mundus ardens · a dextris peccata accuſancia · a ſiniſtris
infinita demonia terrencia · circa boni angeli in in-
fernum pellentes et mali ad ipſum trahentes · Ibi eciam
erunt omnes ſancti · ſentenciam iudicis approbantes ·
et omnes mali cum bonis · peccata dampnacionem cog-
noſcentes · Ibi namque tunc ſecundum beatum Iacobum · fiet
iudicium ſine miſericordia illis · qui non faciunt miſericordiam · Ibi
eciam fiet iudicium duriſſimum hiis qui preſunt ·
Vnde ſpiritus ſanctus reges et principes docet timere · et
attende dicens ſapiencie vi° · Audite reges et intelligite ·
diſcite iudicium finium terre · Prebete aures · vos qui
continetis multitudines · et placetis vobis in turbis
nacionum · Quoniam data eſt a domino poteſtas vobis · et virtus ab
altiſſimo · qui interrogabit opera veſtra · et cogita-
ciones ſcrutabitur · Quoniam cum eſſetis miniſtri reg-
ni illius · non recte iudicaſtis · neque cuſtodiſtis le-
gem iuſticie · neque ſecundum dei voluntatem ambulaſtis
Horrende et cito apparebit vobis · quoniam iudicium
duriſſimum in hiis qui preſunt fiet · Exiguo enim
conceditur miſericordia · potentes autem potenter tormenta
patientur · Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam
dominus · nec verebitur magnitudinem cuiuſquam · quoniam pu-
ſillum et magnum ipſe fecit · et equaliter cura eſt illi
de omnibus · Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio ·
Ad vos ergo reges ſunt hii ſermones mei · ut diſcatis
ſapienciam et non excedatis · Qui enim cuſtodierint
iuſticiam · iuſte iudicabuntur · et qui didicerint iuſta ·
invenient quid reſpondeant · Concupiſcite ergo
ſermones meos · diligite illos et habebitis diſciplinam ·
Si ergo delectamini ſedibus et ſceptris · reges populi ·
diligite ſapienciam ut in perpetuum regnetis ·

Concupiscentia itaque sapientie deducet ad regnum perpetuum. Diligite ergo lumen sapientie omnes qui preestis populis.

Quales esse debeant officiales et iudices principum.

Quales autem iudices et officiales principum esse debeant qui populo presunt, Jetro sacerdos madian docet moysen exodi xviii dicens: Esto tu populo in hiis que ad deum pertinent ut referas que dicuntur ad eum, ostendasque populo ceremonias et ritum colendi viamque per quam ingredi debeant et opus quod facere. Provide autem de omni plebe viros prudentes et potentes ac timentes deum in quibus sit veritas et qui oderint avariciam et constitue ex eis tribunos et centuriones et ceteros qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referent ad te et ipsi minora tantum iudicent. Leviusque sit tibi partito in alios onere.

Exhortatio domini ihesu ad timendum futurum iudicium.

Propter que omnia cavenda dominus dicit luce xxi: attendite autem vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite et superveniat in vos repentina dies illa. Tamquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt et stare ante filium hominis.

Unde Jheronimus: Quotiens diem illum considero toto corde contremisco. Sive comedo sive bibo seu aliquid aliud facio semper videtur illa horribilis tuba sonare in auribus meis: Surgite mortui et venite ad iudicium.

Qualiter homo per memoriam penarum infernalium timorem acquirit et compunctionem